



Cicerowedstrijd 2025-2026 – ronde 2

Cicero, *In Verrem* II.4.106-107. De roof van Proserpina

In 70 v.C. behartigde de jonge Cicero de belangen van de Sicilianen in hun rechtszaak tegen de corrupte gouverneur Verres. N.a.v. de grootschalige kunstroof waaraan Verres zich schuldig maakte, weidt Cicero geregeld uit over lokale, kunsthistorische onderwerpen. Onderstaande passage kadert in zijn bespreking van Verres' diefstallen in de beroemde tempel van Ceres in Henna (nu Enna) in het centrum van Sicilië, waar volgens de legende de god Pluto Proserpina meenam naar de onderwereld.

1 Vetus est haec opinio, iudices, quae constat ex antiquissimis Graecorum litteris ac monumentis,
2 insulam Siciliam totam esse Cereri et Liberae consecratam. Hoc cum ceterae gentes sic
3 arbitrantur, tum ipsis Siculis ita persuasum est ut in animis eorum insitum atque innatum esse
4 videatur. Nam et natas esse has in iis locis deas et fruges in ea terrā primum repertas esse
5 arbitrantur, et raptam esse Liberam, quam eandem Proserpinam vocant, ex Hennensium
6 nemore, qui locus, quod in mediā est insulā situs, umbilicus Siciliae nominatur. Quam cum
7 investigare et conquirere Ceres vellet, dicitur inflammasse taedas iis ignibus qui ex Aetnae
8 vertice erumpunt; quas sibi cum ipsa praeferret, orbem omnem peragrasse terrarum.

9 Henna autem, ubi ea quae dico gesta esse memorantur, est loco perexcelso atque edito,
10 quo in summo est aequata agri planities et aquae perennes, tota vero ab omni aditu circumcisa
11 atque directa est; quam circa lacūs lucique sunt plurimi atque laetissimi flores omni tempore
12 anni, locus ut ipse raptum illum virginis quem iam a pueris accepimus declarare videatur. Etenim
13 prope est spelunca quaedam conversa ad aquilonem, infinitā altitudine, quā Ditem patrem
14 ferunt repente cum curru exstitisse, abreptamque ex eo loco virginem secum asportasse, et
15 subito non longe a Syracusis penetrasse sub terras, lacumque in eo loco repente exstitisse, ubi
16 usque ad hoc tempus Syracusani festos dies anniversarios agunt celeberrimo virorum
17 mulierumque conventu.



CERTAMINA
VLAAMSE OLYMPIADE LATIJN & GRIEKS

33^E OLYMPIADE LATIJN EN GRIEKS
INGERICHT DOOR DE VZW CERTAMINACOMITÉ

WWW.CERTAMINA.BE



Teksthulp

2 **Ceres**, -eris, vr.: godin v.d. landbouw en het huwelijk, moeder van Proserpina

Libera, -ae, vr.: Proserpina (zus van Bacchus, die ook Liber werd genoemd)

5 **Hennensis**, -is, -e: inwoner van Henna (stad in het centrum van Sicilië)

6 **umbilicus**, -i, m.: navel

7 **inflamma(vi)sse**: let op: de invoeging van -vi- is ook nog bij andere vormen in deze tekst nodig.

taeda, -ae, vr.: fakkel

8 **praeferre**, -o + dat.: verkiezen boven

9 **per-excelsus**, -a, -um: erg hoog

10 **planities**, -iei, vr.: vlakke

circum-cidere, -o, -cidi, -cisum: rondom afsnijden, verminderen, inkorten

11 **directus**, -a, -um: steil aflopend

12 [ita] **ut**

13 **aquilo**, -onis, m.: noordenwind, (meton.) noorden

Dis, Ditis, m.: Pluto, god van de onderwereld

14 **asportare**, -o: wegbrengen, weghalen, meenemen, ontvoeren

15 **Syracusae**, -arum, vr.: (de stad) Syracuse